

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Passio ao  
cum fonte primo

Vere deserta erat Iudea, uacua a iusticia, plena peccatis quam Deus plantauerat, lex irrigauerat, omnes prophete coluerant. Illa autem nullum fructum producit nisi spinas asperrimas quibus Dominum suum coronauerat.

Crisostomus super Mattheum capitulo III.

Vere enim deserta erat Iudea, vacua a justitia, plena peccatis, quam Deus plantaverat, lex irrigaverat, omnes prophetae coluerant. Illa autem nullum fructum produxit, nisi spinas asperrimas, quibus suum Dominum coronabat,  
*Dicens: Poenitentiam agite.*

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 3 (PG 56, col.647).